5

Aput urbem Byterim 70000 hereticorum negantium matrimonium et carnium et huiusmodi[a] a catholicis occisa sunt. Deinde a 760 militibus et 1200 peditibus alibi 17000 occisa sunt, inter quos periit rex Aragonum. De peregrinis vero solum VIII defecerunt.

MCCXIIII°. Francorum rex in Flandriam parat exercitum contra Johannem regem Anglie et Othonem; conserto prelio pugnatur utrimque virtute mirabili. Theotonici solito furore regem petunt, putantes eo occiso Francos faciliter superare. Habebant autem cultellos hactenus inauditos, scilicet graciles[a], triacumines, quolibet acumine a cuspide usque ad manubrium equaliter secante. Francorum tamen virtus indefessa prevaluit. Fugit Otho, inter ceteros comes Bononie capitur.

MCCXV°. Innocentius congregavit concilium quod Lateranense dicitur.

IIa. pars. De confirmatione ordinis Predicatorum.

Tholosanus episcopus dictus Falco summum pontificem adiens virum Dei Dominicum secum duxit, qui tunc ab Innocentio petiit confirmari ordinem, qui Predicatorum diceretur. At ille super petitione hesitans vidit de Lateranensi ecclesia, ut capitulo CCLXXVIII, par. ...[b] Regressus igitur post Lateranense concilium vir Dei Dominicus verbum summi pontificis fratribus patefecit .... confirmationem, quam Innocentius promiserat, f. 136' impetravit.

IIIa pars. De eorum dispositione ad predicandum

Cum autem vir Dei Dominicus Rome esset

[a] huius

[a] sic. cod. ead. in suppl.

Der folg. ... – pars IIa f. 137' ist offenbar ... aus Vita Dominici.

[b] ... Raum frei gelass.